Quaestio Medica Cardinalitiis disput. agitanda In Scholis Medicorum

die Jovis 13a Martii Eruditiss. viro D. Petro Viroust D. M. moderatore prudentiss.

An Causus Seni periculosior, quam Juveni?

Humores amplissimam vitae morumque significationem fidelissime praebent, quamquam ab his nullum corporis partiumque temperamentum sit aestimandum, ex pro varia temporum vicissitudine, hic aetatum seriem obrepentium inclinatione, in corpora dominatum tenent, quibus alendis sanguinis venis sparsa non ex-pondera, cum vero praeter naturam in partem fluxione decumbunt, aut in ea expultrice facultate languida congeruntur, tumores pravium analogia sibi respondentes oedema, Phlegmonem, scirrhum, Erysipelas (refrigerantibus, repellentibusque curandum) quod si extra venas in aliqua sede conditi putredinem vaporem in toto corpore diffundant, febres intermittentes efficiunt (quarum nulla quartana securior) aut vasorum finibus conclusi continuas in exacerbationes remissionesque febre vacantem numquam desinentes.

Cum autem calidarum siccarumque rerum impetu arefactas venulas vitiosas e partibus vicinis traxerint humiditates, fit Causus aestate saepius, quam reliquis anni temporibus invadens (hinc hyeme decrepiti de salute magis periclitantur) qui non solum inexplebili siti (nisi siccas tusses ad sudorem levitas irritantes) exuberante calore gravis est, et molestus: illa jam arefacta lingua si non infestandis lasam aegri mentem, aut ingenitam affectandi facultatem cum vitae discrimine peritura nunciat. Hic si cordis arteriam ope toti cordi vitalem facultatem suffodiantis, humidamque vividam substantiam contendit, Causo succedit Hectica curationem numquam admissura.

Praeter sitim et ardorem pathognomonica febris ardentis judicia, varia se produnt symptomata lingua aspera, sicca, nigraque; valde ventriculi morsus, dejectiones liquidae et pallidae, vigiliae longiores interdum delipientia, omnia denique signa tertianae septem accessionibus judicandae, quarum longitudine insigniaque rigore corpus varum initio concutiente a Causo differt, at natura morbi provocatur sedibus tamen distincta convenit, in cujus causa remotione ad alterationem, sudoreque; exclusionem ob moventis consilium est revocandum. alteratio frigidi aeris inspiratione, alimentis morbo contrariis, excitatis intermissione, somno (quidem frigida conciliant) et perturbationum vacuitate perficitur exclusio, sanguinis e naribus profusione, sudore, vomitu, et alvi dejectione.

Excretionis genus pro vario naturae motu per vias convenientes [illegible] prudens moliatur Medicus, quamobrem Bile caput petente nares ad sanguinis excretionem irritandas: per venas sed corporis partes effusa sudores movendi; ad ventriculum incumbente vomitus (qui melancholicis non convenit) excitandus; intestinis inhaerente alvus est subducenda: vix tamen bello solvitur excretionis genere notus Causus ex bilis et pituitae permixtione ducens originem, nec judicatur, nisi sanguis e naribus fluxerit, vel circa collum abscessus fiat, vel crus doluerit, crassaque alba urina, vel coxarum dolor, vel pudendi livor accesserit.

Anceps autem et periculosus febris ardentis exitus Medicum existimationem consulentem adducit, sed de futuris praesagitione moneat, quam non solum a signis in latentium et reconditarum affectionum cognitionem latissime ducentibus, sed etiam ab aetate desumat, cui si morbus congruit aut naturae, aut habitui, aut tempori multo securior est, quam cum ab his differt. Senes itaque suae naturae siccis alimentis non nutriendi quamquam prospera valetudine fruantur acutis quidem febribus rarius quam Juvenes opprimuntur. Illi tamen continua caloris actione in humidum, quo tanquam pabulo foventur, jam desiccati febris ardore pereunt: his enim humidi primigenii nullius artis reparandi satis ampla copia quae calori corporis vires dissolventi renititur.

Ergo Causus Seni Periculosior, quàm Juveni.

Ponebat Claudius Sauvelet Senonensis. 1678.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE